advertit Bal. [illegible] et [illegible]
sed etiam quia d.a donatio fuit juramento
firmata

26v

firmata cum Iuris renunciatione specifica d. statuti, licet Rot. in d. Bolognaten. dixerit d.o n.o 3 quod huiusmodi Statuta non potuerit renunciari, tamen quicquid sit de hoc, videtur donatio ex eo quod Statutum generaliter loquens non comprehendit contractum iuratum, ut pluribus citatis firmavit Rot. in Rom. Iecentiorum dominus

dec. 199. par. 4 diver. | 16 Januarij 1599 coram Lancellotto quae e. apud Pie. certi Suf.a dec. 35 n.o 1 et in Imolen. Damni 22 Junij 1611 coram Sacrato quae est dec. 375 n.o 3 par. 1 in recent. seu par. 3 recent. et in statuto requirente solemnitates quasdam

Sominell. de decret. lib. 3 tit. 19 n.o 156 cum seqq. et cons. 42 n.o 22 lib. 1 | in contractibus. Rip. d. resp. 194 n.o 3 Gabriel. cons. 127 n.o 14 et seqq. lib. 1 Rot. coram Seraphino dec. 748 n.o 6 et coram Ludovisio dec. 391 n.o 4 in Vercellen. bonorum 10 Xbris 1612 coram Card. Pamphilio quae e. apud Urban. dec. 155 n.o 2 et in Vercellen. nullitatis Cessionis 21 Jan.rii 1619 coram Rubeo quae e. apud eundem dec. 30 n.o 13 et prius in Vercellen. bonorum 26 Feb.rii 1616 coram Sacrato. Verum et ex praedictis constare videt

Nec obstat quod cum Stat.m praesumat donationem factam non servatis solemnitatibus esse fictitiam factam cum deficiat

cum desipiat veritati fundamento ad potest juramentum
aliquid operari, ut dixi in d. Pelegrinaten. n. 4
Quia hoc dictum procedit, ubi in statuto fieret mentio
de juramento, et illud quoque comprehenderet dolum extrinsecum
et simulationem, ut in casu statuti Urbis, de quo in
Perusina donationis de Antiliis 27 Junij 1613
coram Cavalerio nunc impressa decis. 257 et apud
Ubaldin. decis. 50 n. 12 et seqq. et Hond. cons. 5 n. 14 [illegible]
cum Abbas aliter opinio est, quod juramenta dispo-
sitio non comprehendit in statuto Hond. cons. 40 n.
101 et 67 cum seqq. lib. 1 Simoncell. de decret. lib. 3 tit.
12 n. 167 Farinac. de Accusat. q. 15 n. 19 et seqq.
Quia non potest statutum [illegible] indirecte tollere
virtutem juramenti comprehendendo simulationem, vel
[illegible] Rot. dec. 500 n. 4 [illegible] part. 9 recent.
et in d. Urbevetana [illegible] apud Post.
decis. 131 n. 6 et 7, ubi quod juramentum tollit excep-
tionem simulationis, et erat necessaria confir-
matio specifica Papae, ut statutum posset [illegible]
res juramenti. Et in casu [illegible]
forma cum Gabriel. d. cons. 127 n. [illegible] in
d. Narnien. [illegible] 26 feb. [illegible]
ueri. Cui obiecto, ubi [illegible] quod [illegible]
videt confirmare statuta [illegible]
statutis celebratis

27v

Denique quia p. dici ad fauorem d. Statuti usu receptum

et ita ut esset attendendum Rota coram Caualerio decis.

134 n.o 3 et licet Stat.m praesumatur usu receptum

et in d.a fulginaten. in fine, attamen in casu

nro praesupponitur quod in confirmatione addita

sit, quod Statuta sint in usu, quo casu debere

stari Statuti usui conclusit Gratian. decis. Marchi.

14 p. tot. Rota decis. 56 n. 4 p. 1 diuer. et in

Statuto maceraten. coram Seraphino decis. 1004 n. 9, quam

sequuta est Rota in alia Maceraten. Pecuniaria 4 Xbris

1617 coram Rebotto, et plures decisiones ad hoc refert

Mant. de tacit. et amb. conu. lib. 2 tit. 111 n. 2. Et eo magis

stante quod in d. Stat.o dicatur, quod illud capitulum

teneat, quia debet constare de huiusmodi usu

ut in simili dixit Rota in Perusina hereditatis

de Amicis 20 Xbris 1616 coram Buratto, quae est

impressa apud Gratian. decis. 35 n.o 25 confirmata

in alia Perusina de Gratianis 10 Xbris 1621 coram

Card. Caualerio d. 60 decis. 36 n.o 13 et inter im-

pressas eiusdem decis. 575 n.o 10, quae ad fauorem

considerata in d.a fulginaten.

Et ita puto esse consulendum

Horatius Lucellus J. C. Perus. [illegible]

28v

29r

Primo quidem illud est signari [?] quod d(ic)tum Statutum ad hoc non receptum, quandoquidem facta d(ict)a probatione indubitanter illud est eius forma p(ar)tuit [illegible] tradita Bart. decis. p(rim)a lib. p(rim)o lib. decis. [illegible] lib. 3. et Capuc. decis. 203 par. 3a. De Rotam [illegible] dict. q. 99 n.o 4 et aliis. per Menoch. [illegible] a n.o 1 et seq. lib. 2o. quod [illegible] probat et [illegible] admittit d(ict)a [illegible] decisi mandandi.

Attendendo etiam q(uod) licet q(uod) videatur [illegible] Statuta fulginei fuit confirmata a summo Pont(ifi)ce in forma co(mm)uni, quo contingit q(uod) n(on) est facta confirmatio ad ea ex certa sci(enti)a [illegible] Bart. de [illegible] confirm. utili vel inutili, et ibi Decius n.o 7 et Alt. d(ict)o decis. 2020 n.o 5 par. p(ri)ma Aet. [illegible] Rota a n.o [illegible] cons. [illegible] n.o 4 et seq. Mascard. [illegible] cap. [illegible] n.o 3 et 4 lib. 2. quoniam tunc [illegible] Statuti [illegible] et illius correctum, ex quo [illegible] aufert liberam facultatem de bonis ad libitum [illegible] disponendi contra [illegible] mandato [illegible] Mandati, statutum illud nullam confirmationis [illegible] et ac si non erit factum. Ad [illegible] Bart. d(ict)o [illegible] et cap. p(ri)mo [illegible] conf. utili vel inut. et Alt. decis. 2020 n.o 5 et seq. par. p(ri)ma et decis. 103 par. 3a.

29v

Salvo quia necesse fuit declarari per officiales Papae huiusmodi Statutum
esse rationabile, ut quando venimus in confirmatione in forma
communi necesse esse fuit repletum in Calcaterii Senten. decis.
civilis 13 febr. 1507 cum Rubeo, et attestatur idem Marescottus
in d. cap. 47 n. 7.

Et quia ex in d. confirmatione in forma communi apposita fuit clausula quatenus
Statutum sit usu receptum, quae importat quod fundari debeat
in Statuto per ea quae vidi apud Rotam decis. 780 in fi. et decis.
56 n. 4 ex ea. par. 2 et in Marescotti Nullitatibus q. 3 ex
ipsis cum Rubeo. Unde quamvis in dicta Marescotti decisione
allegata videatur vincibiliter contra hoc praetendi, quando lo-
quitur ille in Statuto alias confirmato cum d. clausula quatenus sit
usu receptum non suffragat hoc ius dedicandi, quoniam cum
hoc casu Statutum recipiat fundamentum a confirmatione, sive
quia non valebat, ideo convincitur, quod ille qui in
ea se fundat, hunc usum probent. Rot. decis. 775 n.
3. 4. 5. Et ita credendum quod hisce omnibus praetactis ... eiusdem
Statuti: quod hac de causa d. donatio
valida erit reputanda.

[illegible]

[illegible] Patius.

teneant, et semper plenam habeant roboris firmitatem, capitulo aliquo Statuti, tam Populi, quam Communis antea vel retro facti, quod in contrarium loqueretur, non obstante. Item si aliqua persona suum condiderit testamentum, seu aliam quacumque ultimam voluntatem, aliquid de suis bonis in totum, vel in partem reliquerit, ut puta patri, seu matri, filio, seu filijs, aut filiabus, et e converso, frater fratri, seu fratribus, et soror sorori, quod ex dicto legato, seu relicto, vel legatis dictis modo factis gabella aliqua non solvatur. —

30v

Copia della lettera Cives de
Anatrinis

44 R.ca De Mulieribus decedentibus ab intestato, et quarta parte dotis applicanda viro. 31/2

Quia statuta quamplurima pro temporibus retroactis in Civitate Fulginei Honecunimus fuisse facta d. incuba materia, ipsaq. statuta in ipsa Civitate viguisse et robori firmitatem habuisse plenissimam. Et maxime in statutis Civitatis inter cetera factis anno 1314 nuper manu Jouftinelardi Notarii pro tribuno de Scharenis, et sub anno Dni 1318. manu Jani Picenti not. quod quidem statutum hodie viget, et viguit in Civitate predicta, et inter predicta temporum intervalla per quorundam malignantium occupationem malitias atq. determinationes quassatas esse de plurimis statutis de dicta materia factis in Populo quam Comunis ipsa statuta facta nequeant a quolibet reinveniri, propterea que Fulginates quamplurimi damna plurima incurrunt. Volentes huic morbo salubrem apponere medicinam, et ne aliqui damna aliqua incurrere valeant, sive possint, quod iure alienum esse reperimus, ut alterius culpa aliquis aggravet

n.o 1 Hoc presenti statuto statuimus, atq. firmamus, quod si aliqua mulier quae haberent, seu habuisset

n.o 2 tempore sui obitus maritum, quae decessisset seu

31v

n.o 3 decederet in futurum intestata sine legitimis filiis ex d.o
n.o 4 matrimonio, et ex ipsa natis, quod quarta pars dotis ipsius
n.o 5 seu illius mulieris talis quae iā decessit heredes, seu quae
n.o 6 decesserit in futurum, veniat in ipsum maritum, et ei
n.o 7 auctoritate pntis capitali applicetur pleno iure cap.lo
n.o 8 aliquo quod loqueret ad obstante. Et quod instrumentum
dotale, aut confessionis factae dotis per ipsum maritum vel
alium pro eo ipsius talis mulieris, quae iā decessisset, seu
decesserit in futurum nō possit aliquo modo executioni man-
dari cum dicto eius marito, vel bona ipsius ad petitionem
alicuius super d.a quarta parte dotis, et petens ipsum
n.o 9 instrumentum executioni mandari nō audiat in iure super
d.a quarta parte dotis. Et predicta locum habeat, et teneant, et
valeant in pntis preteritis, et futuris, 1314 et citra, et per
quod tempus, et habeat in futurum. Et pd.a plene valeat, et teneant,
et locum habeat in quolibet casu pred.o Nihil quod p pred.a
volumus quod prescripta et finita p sententiam alicuius iu-
dicis communis, vel p arbitros electos, vel p quittatio-
nem factam d. d.a quarta possint quoquomodo retractari.
Et quod si ob contradictionem alicuius statuti aliquis
fuisset damnificatus tempore preterito, auctoritate pntis
capituli sit in pristinum statum, et quod nihilominus
quod primo habebat persequi possit aliquibus non
obstantibus.

n.° 1 Adde quod si aliqua mulier Fulginatensis nuberet forensi, et decederent ab intestato sine filiis quod non attenderetur istud statutum sed statutum loci mariti ut per Cumanum cons. 109 Dña Joanna Fulgin: cons. 93 Abb. in c. 1 de spons. Alex. cons. 101 lib. 3° cum simil. late per Socc. Jun: cons. 14 per totum lib. 1

Non procedent tamen istud quando maritus stant in domicilio uxoris ut per Dec. cons. 203 in 2° dub° Verum si maritus mutant domicilium post matrimonium contractum inspicitur locus domicilij in quo matrimonium contraxit, et in quo habitabat tempore contractus matrimonij Abb. in c. 1 in fi. de spons. Cremen: sing. 67 Jason d. c. 1 col. ult.

n.° 2 Quod sufficit tantum per verba de presenti desponsata, sed matrimonium non fuerit carnali copula consummatum An locum habeat istud statutum Vide per Jason in c. tertio loco d. praescripti et per Dec. cons. 67 col. fi. Ubi dicunt comuniter teneri quod non latiss.° Vide per Paris. cons. 62 per vera col. 2 et seq. lib. 4 ubi doct. late infert et per Rip. in rub. ff sol. mat: n.° 60

Propter onera matrimonij talia lucra, quae hoc statutum defert marito deferre credit Salyc. in l. cum in te C. de donat: ant. nup: Abb. in c. ex publico de conuers. coniug: et in cons. 1 facti contingentia lib. 1 Corn. cons. 240 col. 3 lib. 2 Socc. in l. cum fuerit ff de iud. et dem: cum simil: et per Jason in rub. de spons. aliquid per Socc. Jun: in cons. 27 n.° 4 et col. fi. lib. 1

32v

n.° 3 Idem erit si maritus et uxor simul morerentur, quia nihil locum habet statutum, ita Bal. in l. si puer et si cod. ff de rebus et nuptiis. Surian. Cremen. sing. 53

n.° 4 Idem intelligas stantibus nepotibus. Rum. cons. 129 licet magna apud me, vide Bar. cons. 153 latius Dec. cons. 353.

Sed quid si eius filius decedat et illos heredes nisi in legitima non instituat. An maritus lucretur quartam partem dotis, latius ea mente statuti, dicas quod non est si statutum nimium loqueretur et uxore decedente cum testo puer ut non loquitur, ut late concludit Soci. Jun. in cons. 27 per totum lib. 1.

n.° 5 Intelligo et si dictum matrimonium momento duravit Bal. in l. non tantum C. de leg. Jas. oppugnat. Dec. tamen in cons. 577 sequitur opinionem Bal. et idem Dec. cons 620 col. 1. Ex his verbis colligitur quod licet ista mulier fuerit alteri nupta, et habuerit filios, si postea alteri nubat, et decedat superstite secundo marito, in quo tamen 2.° matrimonio filios non habuerit, quod et iste casu maritus lucratur quartam partem dotis, et non attenta dispositione l. hac edictali C. de sec. nupt. per ea quae not. Rum. cons. 99 ex supra narrato in 3.° dubio. Et hoc pro libera venta quia alias regulariter servanda est dispositio d. l. hac edictal. ut ibi per Bart. in prin. et per Dec. late in cons. 19 2.° dub.° et in Aut. d. praeterea n.° 7 C. und. vir et uxor. cum simil. in dd. locis allegat. et per Dec. cons. 195 in prin. et 293.

et 293 in prin. et 233 pr. et a.d col. Vide tamen Bal.
in l. ea lege col. 3 C. de cond. ob cau: et cons. 122 lib. 4
Anchar. cons. 300 2.a q.ne Soc. cons. 52 lib. 3 plures allegan.
n.o 6 Quod est locus hic licet maritus promiserit simpliciter dotem
restituere soluto matrimonio, quia nihil.s quartam illam
lucrabit.r Alex: in l. post dotes in pr. ff. sol. mat: Dec.
cons. 195 col. 1. Nisi maritus promiserit restituere inte-
gram dotem, seu totam dotem Alex: in d. l. post dotem
in pr: et cons. 5 circa pr.m col. pr. lib. 3 Dec. cons. 195 col. 2
ubi late. Sed in hoc contrarium tenet Cremen: in sing.
25 Statuto cauetur.
Adde quod statutum istud stricte intelligit.r, Vt maritus
lucret.r quartam partem dotis tantum, et ad alia bona
uxoris, Vt per Soc: Iun: cons. 93 col. 2 in prin. lib. 1 et
per Aim: Grauet. cons. 149 col. 2 in 3.a coniectura lib. 1
reprobans: Cast. Iun: qui contrarium tenet in cons. 129 col.
pr: n.o 13. et opinionem Cast. Iun: sequit.r Rolan: late de
lucro dotis q.ne 50 Vbi uide. Soc. Iun. cons 65 sub
n.o 6 lib. 1 qui tenet cum Aim: idest firmat Cephal.
cons. 122 lib. 1 Cagn: in l. cum principalis n.o 5 de reg. iur.
et pro hac parte facit text. per Ant. de Butr. in c. plerumque
de donat. int. uir. et uxo: Rom: l. 1 et l. cuius ff.
sol. mat: Alex: cons. 36 n.s 5 et 6 lib. 6.o

n.° 7 An si uxor decedat vivo patre mariti, qui onera sustinuit
Pater ipse lucretur partem dotis, et si patre mortuo
talis quarta pars dotis non sit peculium ipsius mariti,
sed communicanda sit cum fratribus vide latissime p.
Dec. cons. 67 p totum

n.° 8 Potest tamen maritus etiam constante matrimonio talem
lucrum remittere Dec. cons. 260 col. 2.a dicit tamen
donatio, et ad eius validitatem requirit insinuatio Dec.
cons. 402 col. 2 vers. et hoc.

n.° 9 Doti promissæ ad est dub.m quod ista verba ad conveniunt
in dub.m videt an statutum istud habeat locum in dote
promissa et in futuribus terminis Bar. tenet quod non in l.
iubemus § ante C. de sac. san. ecc: de quo vide p Doct:
allegs. ibi in addit: et aliquid p Socc: Jun: in cons. 35
col. 2 et 3 lib. 1 et dicas omnino tale statutum hre locum
in dote promissa tantum l. si donaturus § i ut ff. Paulus
Bart. Alex: et Jas. ff de cond: ob caus: Socc. in l. de divi:
pine [illegible] optime, et ibidem Jas. ff sol. mat: Curt. Sen:
cons. 129 [illegible], ante fi: [illegible] de retractu Convent:
ad pred. [illegible] n.° 35 et seq:



n.° 1 et n.° 107. XLVII.ª Rub.ª De Successionibus mulierum ab intestato

Statuimus et providemus quod nulla mulier sive dotata
n.° 2 n.° 3 fuerit à Patre, vel Matre, Avo, vel Proavo, Avia, vel
n.° 4 Proavia, seu per viam de praesenti desponsata
n.° 5 legitime possit venire ad successionem ab intestato
Patris, vel Matris, Avi, Proavi, Aviae, seu Proaviae,
n.° 6 Dum superest aliquis masculus natus ex legitimo
matrimonio de linea, et stirpe masculina descendente
n.° 7 omnium supradictorum, vel alterius praedictorum a quibus
n.° 9 dotata esset. Nec etiam possit venire ad successionem descen:
n.° 9 dentis, seu descendentium ex aliquo praedictorum, dum
superest aliquis masculus praedictus descendens
n.° 10 a praedictis. Nec mater succedat filio suo, seu
n.° 11 n.° 12 filiis superstite, seu superstitibus fratre ipsius decedentis,
seu fratribus, vel nepotibus masculis ex eodem ma:
trimonio, et ex eisdem parentibus procreato, seu pro:
n.° 13 creatis, seu patruo, vel patruis ipsius decedentis.
Si vero dotata fuerit à fratre carnali, seu sorore
carnali, vel à se ipsa, et per viam de praesenti
n.° 14 desponsata non possit venire ad successionem ab intes:
tato fratris carnalis, vel sororis ipsius mulieris
ex utroque parente coniunctorum superviviente aliquo
n.° 15 fratre carnali masculo ipsius decedentis, filio, vel
filiis ipsius fratris. Si vero à Patre [Patruo], seu Amita

35v

dotata fuerit, et per verba de pnti desponsata non possit venire ad successionem ab intestato ipsius dotantis, patris ipsius dotantis, vel filiorum ipsius, existente fratre dotantis, filio, vel filio ipsius fratris masculis tm.

Atque item ante dotata fuerit ut dictum, et per verba de pnti desponsata non possit venire ad successionem omnium, seu predictorum, seu alicuius ipsorum, nisi modo et forma predictis.

Et quod in casu quocumque quo in forma dicti Capituli mulier dotata repelleretur ab intestato si vivens a cuiuscumque successione repellantur et eius filij et filie ab eadem descendentes, Et quod nulla mulier dotata possit petere supplementum legitime, sed suo

n.o 16 n.o 17 legato contenta sit, et si quod peterent, super ipsa petitione non debeat audiri.

De mulieribus exclusis in statuto vide ...

n.o 1 Clericus et monacus gaudent beneficio huius statuti Ut per Felin. in c. Ecclesia S.te Mariae col. 3a vers. 7o quero de constit: ut de eo et Dec. n.o 70.

n.o 2 Nulla mulier, et An statutum istud habeat locum in filia monali, cuius pater tempore ingressus promisit centum super altari Vide Pet. de Ubald. in tract. de duob. fratrib. in xi par. n.o 5 ubi vult tenere quod non, et ibi per eum. Franc. Viv: com: opin: Verb. statutum excludens, par. pt. Maran: disput: 8a n.o 26 Cephal. cons. ... 26 lib. p.o Burat. cons. 93 n.o 20 et seq. lib. p.o Vide Ruin. cons. 220 ... lib. 2 Cephal. cons. 95 n.o 13 lib. i Alb. Brun. tract. quod stantib. masculi in 6.o art: principali n.o 30

principali n.° 309 et per Bal. cons. 55 lib. 5 ubi areuhuit in
specie super hoc statuto circa libros de Fulgineo &
Nulla mulier, et idem intelligi si extarent filii etiam masculus
istius mulieris exclusus ad hoc non potest succedere, quia si aut
mater ita filius excluderetur Bar. in l. liberis col. pen. vers.
quaero pone ff. de ver. sig. Alex. in l. illam n.° 7 C. de collat.
Aym. cons. 22 ante finem lib. 1

Nulla mulier, statutum istud quo foemina excludetur
dicitur factum favore conservandae familiae, et agnationis,
Mar. Socc. antiq. cons. 2a. Rausat 43 Preclare scribit col. 3
lib. 1 cum simil. late alleg. per Socc. Jun. cons. 23 n. 22
lib. p. vide omnino d. Socc. Juni. in d. cons. Put. de .. lib. 3

Dotata, licet hoc statutum istud etiam si cum dos promissa fuit Jas.
post Bal. in l. si plures C. de condit. insert. Idem si in testo dos
a Patre legata fuit Bars in l. titio centum de condit. genere col.
3 vers. quaero statutum ff. de adm. et demonst. Rip. in l. de ...
trat. 3 ... ut late ...

Dotata, istud verbum significat ius ad actionem ministerium,
ut Bal in l. ... per sibi in fi. C. de jur. dot.
Dec. cons. 106 n. 2 Alex. cons. 169 col. 4 lib. 5 et requirit
quod sit dotata tempore mortis eius de cuius successione
agitur nec sufficit si post doteretur Bar. cons. 31 quidam
decessit Alex. cons. 121 consideratis in fi. lib. 6. cum simil.
... per Socc. Juni in cons. 2 n. 5 et seq. lib. 1 et vide optime
declarationes per Corn. cons. 123 videtur col. 9 lib. 2 Socc. Juni.
d. cons. n. 18 Anthes: decis. Pedemon. 0q1 ubi late.

Dotata, quod quid si una ex filiabus esset non dotata, et aliae
filiae dotatae, et aliquis masculus descendens ex nominatis

in d.° statuto, quia procedit et in et filiis dotatis admittant.
Dicas tamen Corn. cons. 10 Transeamus itaque lib. 2 quod procedunt
omnes filie tam dotate, quam indotate exclusa illo masculo
descendente, quia filia dotata admittit cum ipsa filiis non
dotatis, ut ibi per eund. Hoc intellige tamen quod hoc quando
extarent aliqui qui essent in pari gradu cum feminis, quia
licet non dotata admitteretur, dotata tamen excluderetur,
et descendens masculus in pari gradu existens admitteretur
ad partes dotatas. Cogita tamen &.

n.° 4 Seu per verba de presenti desponsata legitime &. Vide omnino
per Soc. in cons. 63 col. 4 lib. 1. Pondera ista verba statuti
quia non quod sat sit pro dispositione ipsius statuti quod
sit desponsata legitime, quam considerationem in terminis
huius statuti non habuit Jo. de mont. Sperello Perusinus
in quodam suo consilio... Erit tamen ista filia competenter
dotanda licet non dicat in isto statuto Bal. in l. fi. col.
2 vers. Sed pone statutum C. de dot. promiss. Dec. cons.
120 col. 2. in prin.

n.° 5 Ab intestato &. An statutum istud habeat locum contra testamentum.
vide per Alex. in l. Gallus § et quid si tantum n.° 16 ff de
lib. et posth. ubi dicit quod inhabetis illis qui ab intestato
per formam huius statuti excludunt feminas, locum habet statutum
istud. Vide ibi et in locis alleg. per Soc. cons. 53 n.° 79 cum seq.
lib. 3 et per Corn. cons. 195 n.° 23 vol. 3 et cons. 205 vol. 4.

n.° 6 Donec &. Per istud verbum apparet filiam temporaliter esse exclusam,
usque superventum eius successionem, ut declarat Bar. in l. fi. in pr.
quod ff ad Trebell. et sequitur omnes doctores, ut per Soc. cons. 92
circa fi. col. 10 vers. circa 4.m et latissime Soc. Jun. cons. 1
in prin. lib. 1. Alias ante ista verba [illegible] simpliciter
excluderentur

37r

excluderent foeminae stantibus masculis, perpetuo excluderentur

exclusae, quicquid de masculis postea sequeretur Boer. in

d. l. fi. ad Tertull. Soci. cons. 50 Ripa in prin. lib. 3

et cons. 164 Crus. consultatione col. 2 lib. 4 Corn. cons. 7

Quaesitio et publica col. 3 lib. 2 Dec. cons. 97 Pro resoluti-

one cla. et cons. 209 Praesupposito col. 2, ubi Plura. Soci.

Jun. cons. 8 n. 34 lib. 1 Cepoll. Gabriel. cons. conclus.

lib. De statut. concl. 4 Bran. tract. quod statut.

mask. in 10 art. pte. q.ne 5 sub n. 63 tenens hanc ex:

te communem opinionem

Descendentes quorum verbum licet generale sit intelligitur

tm de descendentibus de quorum hereditate agitur

ita dixit Corn. cons. 10 col. 3 in prin. et cons. 37 lib. 3

Vide Bran. in tract. quod statut. mask. art. 12 q.ne

29 n. 293 Crot. cons. 10 n. 16 et cons. 15.

Et quoniam dotatae et sic exclusae ab hereditate omnium

quando ab uno dotata fuerit et non solus ab hereditate

ta dotantis. latissime Corn. cons. 323 per totum Vol. 3.

et cons. 43 Vol. 4 Vide et Dec. cons. 306 col. 2 Ant. Gab.

com. concl. lib. de statutis concl. 5. Plan. cons. 24 lib. 3.

Descendentibus Vide omnino Bran. in tract. quod statut.

mask. art. 12 q.ne 29 per tot. n. 93 et seq.

Nec mater quod statutum dicit cuius cum sit correctorium, ideo

strictissime interpretari debet, ut quam minus fieri

potest cedat iuri communi Joh. cons. 20 quidam col. 3

Corn. cons. 15 In hac consultatione col. 3 lib. 2 Soci. cons. 91

Videt dubium col. 3 lib. 3. Soci. Junior cons. 4 n.

9. lib. 1

37v

Succedat filius § Item istud statutum intelligit matrem esse exclusam a legitima, quae illi deberet in bonis filij, ut latius per Dec. cons. 299 col. 2 in princ. post eos quos allegat.

n. 12 Fratre ipsius § Non habet locum in fratre patruele Alex. cons. 41 n. 4 lib. 6

Intelligerem de fratre consanguineo ipsius decedentis, ad quod attendimus per ea quae ad Bal. cons. 214 lib. 2 et cons. 62 lib. 4 Ang. cons. 43 circa medium Alex. in l. ex facto in princ. col. 12 de vulg. et pupill. subst. Ver. et ex his quae habentur Socc. Jun. cons. 1 n. 30 et seq. lib. 1.

n. 13 Patruo vel patruis § Non tamen ex hoc intelligeretur exclusa mater stante patruo magno Bal. Ang. Alex. et alij in l. 1 C. de suis et legit. [illegible] cons. 80 quaeritur ex his quae supra col. 7 et 8 an similiter ut per Dec. cons. 207 col. 4 vers. non obstat quod dicitur et cons. 509 col. 4 vers. Praeterea. Socc. Jun. cons. 1 n. 16 lib. 1. Item ad excludendum stante patruo qui [illegible] est, quia statutum intelligit de patruo qui est agnatus. Bal. cons. 214 lib. 2 Socc. Jun. cons. 1 n. 50 lib. 1 Non tamen excluderetur mater propter filium patrui Socc. cons. 9 Viso statuto lib. 3.

Si tamen superessent mater, patruus, et soror defuncti, tunc succederent mater et soror exclusa patruo Alex. cons. 17 in fi. lib. 2 Corn. cons. 191 col. 4 lib. 4 Socc. Jun. cons. 4 n. 12 lib. 1 — Sed quid si extarent mater, patruus decedentis, et eiusdem frater [illegible] ex latere conjunctus. Pau. de Cast. dicit quod in isto casu patruus admitteretur exclusa matre et fratre praedictis, ut in l. illam C. de collat., quam opinionem sequitur Dec. cons. 507 col. 1 in fi. et seq.

38

col. p.a in fi. et seq. et ibi refert concordantes reportans quod in d. l. illud reportat Paulus.

An excluderet mares a pactis paterni Vide Paul. d. cons. cons. 400 Hereditas pertinere quod refert Socc. cons. 9 Vide statuto col. 2 lib. 3.o

n.o 14 Ab intestato ꝙ statuto statutu an videt et alii loco in pupillo quia testari non pt, an videat decedere ab intestato, et ita an locus sit potuit in tali persona istud statutu dicas mi abjut quod non Bal. cons. 12 et cons. 141, et cons. 475 lib. 3 Alex. consilio loco. Communis tn opinio est in contrarium stantibus max.e verbis huius statuti Ab intestato, quia recte sit dicitur et in pupillo Iuly. cons. 409 in fi. Socc. cons. 95 lib. 3 et cons. 101 lib. 4.o Barb. cons. 67. Iuly. Alex. et Corn. in l. generaliter C. d. instit. et substit. cum simil. allegatis p Socc. Iun. cons. 3 n. 1 et seq. lib. p.o ubi facit differentiam inter istud statutu quod loquit. ab intestato, et quod dicunt, si intestatus et ibi p eum latissime. Vide et per Dec. cons. 466 n.o 2 et seq. et cons. 563 ubi latissime. latissime d. praedictis vide Socc. Iun. cons. 23 col. 1. 2. et 3 lib. p.o

n.o 15 Filiis ꝙ de intelligentur quod supersunt nepotes ex patre per ea quae cumulat Socc. Iun. cons. 19 in fine et cumulatione lib. 1.

n.o 16 Et quod nulla mulier ꝙ istud statutu licet prohibeat filiis petere legitimam, tn est validum, quia potuisset etiam illam tollere, et licet ista verba non adfuissent, nihil.

38v

legitimam petere ad poterit filia dotata, ut per Bal. in Aut. hoc amplius ... 30 ... ad Amil. ut ... Corn: cons. 210 col. 4 lib. p.º et cons. 150 circa pentem ... col. lib. 2º cum multis similibus ut ... Soci: Jun: cons. 25 n.º 09 et n.º 21 cum seq. lib. 1 quod omnino vide. ... Peri: decis. 300 lib. 3º limita tamen ut non procedat quando stantibus agnatis, seu filiis masculis exheredatis, extraneis etiam instituti, tunc n. filia femina consequitur supplementum legitimae Alex: cons. 69 in princ. lib. p.º

n.º 17 ... petere supplementum ... Non ... exhibet statutum prohibens retinere legitimam ... eam in manibus habeat, licet petere ad ... Bened. Cap: cons. 19 col. ult.ª vers.º ... Dec. cons. 257 col. 2 ... et seq. Soci: Jun: cons. 1 n.º 21 lib. p.º

n.º 09 De successione ... Statutum illud dicit ... communis correctorium, et a regulis ... exorbitantissimum ... cons. 58 ... Cent. cons. 309 ... col. 6 ... et ... verba ... improprianda et restringenda ... aliquid operentur. Corn. cons. 115 col. 9 lib. 2º ... Soci: Jun: cons. 1 n.º 46 lib. p.º Ubi plenissime ... n.º 45 cum seq. Contra quod ... statutum ... favorabile Peri: dec. 307 ... lib. 3.

Quod hoc statutum ... factum ad conservandam masculinitatem ... in ... parte excludit feminas a successione ... ... per masculos, ... dicendum quod ... excludere ... fratris minus debitam. Vide Peri: decis. 137 lib. 3

Rᶜᵃ 39 De Arbitris recipiendis, et modo servando per eos.

Item cupientes inter coniunctos odii scandali, et litium materiam
amputare hac lege perpetuo valitura sancimus, quod
quoties evenerit aliquam litem inter coniunctos usque in
tertium gradum tantum consanguinitatis, vel affinitatis
intelligat et durare affinitatem etsi mortua fuerit
uxor vel maritus per quam vel per quem d.ᵃ affinitas
contracta fuerit, seu etiam inter virum et uxorem et aliquis
ipsorum litigantium petierit ante finitum terminum datum ad
probandum ipsis partibus quod compromittatur d.ᵃ causa ad
petitionem petentis Potestas seu eius officialis teneat et de-
beant cogere ipsos collitigantes ad eligendum aliquos amicos
communes unum vel plures prout concordaverint partes
et compromittat in ipsos de iure, et de facto, qui Arbitri
unus vel plures teneant et debeant ipsam causam, seu
causas eis commissas diffinire infra unum mensem computandum
à die recepti compromissi et quod ipsi electi ab eis debeat
cogi per Potestatem vel eius officiales ut firmat compromissi
in eum vel in eos factum, et laudo ferendo inter ipsos coniunctos
per Arbitrum, seu Arbitros ab eis electos non valeat, nec liceat
contradicere, sed ipsum laudum et arbitrium qualitercumque latum
seu diffinitum debeat Iudex coram quo fuerit petitum
executioni mandare, nulla exceptione iuris vel facti
audita, nec contradictione recepta. Et praedicta

n.° 1
n.° 2
n.° 3
n.° 4
n.° 5
n.° 6
n.° 7
n.° 8
n.° 9
n.° 10
n.° 11
n.° 12
n.° 13
n.° 14

39v

non procedant ubi peteret executio instrumenti guarentigiati, sen:
tentiæ latæ, laudi seu arbitramenti. Et quia societas uin:
culo fraternitatis noscitur obtinere, dicimus idem servandum
fore inter socios si esset questio inter eos pretextu mercantiæ,
in qua fuerint seu sint socii. Item dicimus quod in Potestatem
forense, vel in aliquem seu aliquos officiales civitatis fulg.
non possit nec debeat compromitti aliquo modo directe, vel indirecte, et quod
in officiales vel privatas personas, et si compromissum fuerit non
valeat ipso iure, et quod factum fuerit per eum seu eos contra
formam presentis capitoli nullam habeat roboris firmitatem, et si
aliquid fuerit aliquid per aliquem dictorum potestatis, seu eius
officialium arbitratum, sententiatum, iudicatum, declaratum
et pacificatum, non valeat ipso iure, et si aliquid solutum
fuerit tempore predictorum possit soluens perpetuo repetere.
Item dicimus quod si Potestas vel eius officiales electi
fuerint ipsi vel alter ipsorum seu nominati per aliquos cives
vel Comitatenses nostros arbiter, seu arbitrator, amicus communis,
seu compositor amicabilis, aut quocunque nomine censeatur,
et acceptauerit, seu quoquo modo cognouerit puniatur,
et condemnetur tempore syndicatus com. fulg. in centum libras
denariorum, et officialis eius predicta faciens in quinquaginta
libras denariorum, et eligens, seu nominans condemnetur
puniatur et condemnetur summarie in xxv lib. denariorum
com. fulg.

40 2

ex Fulginea et quod sententiatus fuerit non valeat ipso iure ut supra dictum est et hoc Capitulum intelligatur in qualibet parte quandocumque petat compromitti ante litis contestationem et post usque ad dilationem datam ad probandum quod per totum et irrevocabiliter precipimus observari et legi semel in mense in Consilio generali ubi tangit de materia proxime dicta et quod idem et observetur in mercatoribus civitatis Fulginei quomodocumque antecedentibus occasione alicuius mercantie ad quas forensis non teneat si noluerit.

Dubitatur an statutum hoc comprehendat minorem, dic quod non et per Alex. cons. 62 supra ca. et lib. col. 7 n.° 13 lib. 7 et cons. fi. col. p.a in prin. lib. 6.° Contrarium voluit Blanc. in tract. De Compromiss. 3.a quest. n.° 79 Vide Cav. de Pedis lib. 2 cap. 2 n.° 321 et n.° 327. et d. plenius [illegible] n.° 531.

In dubio quando dubitat an causa sit compromittenda vel non Iudex debet pronuntiare causam non esse compromittendam Soc. Iun. cons. 46 in fi. lib. 1. Contrarium voluit idem Soc. cons. 101 de dubio [illegible] col. antepen. n.° 67 lib. p.° 2.°

An stante hoc statuto tutor tutorio nomine possit causas pupilli sui compromittere. Vide Bar. cons. 47 numquid tutor et an curator datus hereditati iacenti possit compromittere vide Dec. cons. 22 col. 2 Vers. 2.° non obstat lib. p.° et vide eundem Dec. cons. 39.

49v

ubi inquit quod tutor non potest compromittere bona pupilli immobilia nisi quando perveniret ad divisionem vide Dec. cons. 255 in princ.

n.° 1 Inter coniunctos etc. Etiam si certat dubium an causa sit compromittenda, puta quia dubitatur an litigantes sint affines, hoc et est compromittendum Bar. in l. si quis in conscribendo C. de pact. Capol. in cons. 10 col. 2.a in criminalibus

n.° 2 omnino scandalis etc. Ista ratione tale statutum cum publicam utilitatem respiciat dicitur favorabile ut per Alex: Jas: et alios in l. qui se patris C. und. liber. Soc. idem maius sen. in cons. 4 vers. adde in fi: Socc. Jun. in cons. 25 lib. 15 n.°

n.° 3 et litium materias etc. Ex forma huius statuti causa totius debet compromitti quod causa decidat, quia ista est mens statuti, quod lites finiantur Dec. in cons. 22 col. p.a post princ. et quod ibi vide Bal. in l. veluti § si quis ff de eden: et in l. 1 col. 3 C. de his qui poten: nom:

n.° 4 Absque lite etc. Non procedit quando esset lis seu questio iuris tantum ut dicetur infra in seq. cap.lo in princ. ubi vide. Item non procedit quando ante petitionem obstat exceptio litis finitae, tunc enim non habet locum istud statutum Bal. in l. fratris C. de transal. Corn. cons. 93 quoniam pleris. col. 2 lib. 4 de quo vide Soc. Jun. cons. 24 col. 4 vers. ad 2.m lib. p.o

n.° 5 In tertio gradu etc. An gradus iste computari debeat secundum ius canonicum, an vero secundum ius civile vide Paul. Castr. in cons. 50 lib. p.o Corn. 92 n.° 3 lib. 4.

Prohibeat

n.º 6 Intelligat et durare &c. Circa hoc vide omnino Alex. cons. 203 ponde=
ratis verbis col. 6.ª a quo fere habet omnia que ponit Blanc.
in suo tract. de compromiss. in 3. quest. in ver. Sponsam
et in ver. Soluto Matrimonio per Marant. in sua
pract. in 2.º act. Post litis contestationem.

n.º 7 Ante finitum terminum &c. Si non essent ista verba post datum
terminum ad probandum non admitteret talis petitio com=
promissi Afflict. decis. 105 dicta regia &c.

n.º 8 Unum vel plures &c. An unus arbiter possit vices suas alteri coar=
bitro committere, dic quod non Ut Fulgos. in cons. 144.
Andreæ col. 1 lib. 2. Et pluribus electis unus non
potest procedere sine alio l. si in tres ff. de arbit. Et uno
mortuo non possunt alii se intromittere in causa.
c. per. De off. deleg.

n.º 9 De iure &c. Quid operetur illa clausula solita apponi in compromissis
vel summarie procedendi in scriptis et sine scriptis
Vide Bar. in Auth. Si Arbit. brevius C. de sent. ex peric. recit.
et Rom. sing. 51 quid operet.

n.º 10. Et de facto &c. Ex ista clausula et illius vigore Arbiter potest recipere
probationes non veras, sed verisimilias, et pro eius consci=
entiam iudicare Bal. in l. illud cuius. C. de testib. Alex.
cons. 127 In causa dominæ Antoniæ col. 2.ª Dec.
cons. 170 In finalibus verbis. Vigore huius clausulæ arbitri possunt
procedere manu regia Bellon. dec. sen. 21 n.º 8 et 9. Vide
Vide Marant. clausula 193 Blanc. de compromiss. quest. pª n.º 24 et seqq.

41v

n.° ä Diffinire infra unum mensem &c. An requirat in diffinitione hac citatio partis. vide Suman: cons. 7 Viri. cum subsequentibus vers. ad ans. 43. ubi pulchrè. Et quando Arbitri non an[..]cordaverint infra istum mensem, An debeat de novo compromitti et totiens sit compromittendum, quotiens opus erit ut firmat dicas quod sit. Bal. in l. fideicommissa § si quis alicui ff. de leg. 3.° in l. pretor § hec vox ff. de eden: Rom: in l. Pretor § hoc autem ff. de Nov: oper: nunc. Non tamen debet fieri plusquam ad secundas vices. Ut Caser in decis. Neapolit. 46.

n.° 12 Executioni mandare &c. Sic laudum ex forma huius Statuti habeat executionem paratam sicuti sententia diffinitiva, ut per Vec. in cons. et col. 2. n.° 2 Vers. similiter.

n.° 13 Nulla exceptione &c. Intellige tamen quod si una ex partibus fuit enormiter lesa quod non obstante d. isto Statuto poterit recurrere ad arbitrium boni Viri. Sulg. in cons. 120 super eo col. ult.° Anchar. in cons. 270 q. 5 col. 7. Latissimè habet per Soc. Jun: in cons. 16 n.° ii cum pluribus segg. et cons. 409 n.° 45 lib. p.° Item intellige quod licet minor non possit vigore huius Statuti reclamare poterit tamen petere restitutionem in integrum. Bal. in l. si minor § minores ff. de minor. cum similib. allegat. p. Soc: Jun: in cons. 409 in fi. lib. p.°

n.° 14 Et quod.

n.º 14 Et predicta ℈ Vide Dec. in cons. 39 lib. 1 col. 2 ubi dicit q
ubi de mediis super sententiatis et arbitratis per compromitti, si
expresse fuit renunciatum sententiis et laudo, quia tn
renunciatio nō preiudicat nisi sequatur laudū. Dec. in
c. ad aures extr. de Appellat. Et ideo dicas si agatur
de alio iudicio pendente, quia nihilominus reus petens super
hoc compromissum fieri nō est audiendus ut p Blanc.
in suo tract. de Compromiss. q. 4 car. 70.
Mars. sing. 467 vide statutum ℈ Borell. in sua summa
decis. tit. 63 de Compromiss. n.º 139 et seq. — Vide omnino Vide.
An statutum hoc comprehendat clericos vide Alex. cons.
21 vol. 4 lib. 2 Mars. d. sing. 467 n.º 9.

Adde ad materiam huius statuti quod de iure nemo cogitur
compromittere Jas. in l. qui se patris col. 5 C. unde liberi
ubi multa ponit ad materiam C. unde liberi.

R.a XXXX de eodem

Item dicimus et ordinamus quod si contingat aliquas partes com:
n.o 1 n.o 2 promittere in aliquem de iure tantum, sive de iure et de
facto si in compromisso contineat quod possit laudare alte
n.o 3 et basse equo vel iniquo, modico vel immodico, et post
n.o 4 laudatum quod debeat stari dicto laudo nec possit ab aliqua par-
tium contradici, nec possit per ipsum laudum reduci ad arbitrium
boni viri, sed possit et debeat ipsum laudum executioni mandari
n.o 5 nulla exceptione audita, si non predicta verba aliquando ipsis
non fuerint adiecta in ipso compromisso, quod pars que diceret
n.o 6 se gravatum vel lesum contradicere possit infra quinque
dies et infra mensem ipsam causam contradictionis prosequi, et
finire, alioquin a dicto mense in antea si non fuerit
contradictum compromissum et laudum inde latum firma
permaneant, et possit et debeant executioni mandari omni
exceptione et contradictione remotis, et nihilominus Judex possit
et debeat partem contradicentem in expensis factis in causa ipsius
n.o 7 contradictionis si contingat contradicentem succumbere, vel non
esse prosecutum infra dictum tempus contradictionem et petitionem
contradictionis ad arbitrium boni viri condemnari, et ipsas expensas
facere refici de facto infra octo dies omni exceptione, et
appellatione remotis. Et predicta omnia locum habeant in com:
promissis et laudis in futurum fiendis, in preteritis vero pendentibus
et non pendentibus currat tempus unius mensis a die facte
confirmationis

confirmationis presentis ad prosequendum et diffiniendum modo
quo supra et sit firmum laudum et arbitrium tam inter coniun-
ctos, quam inter extraneos, et executioni mandetur nulla
contradictione seu appellatione obstante, atque si contradicens
obtinuerit ille qui meruit arbitrium sive possit recurrere, et
appellare ad Judicem Cap.nei, qui Judex teneat et debeat
summarie sine strepitu et figura Judicij infra xxx dies
à die interpositionis appellationis ex eisdem actis cognoscere
et diffinire ipsam causam, et eius sententiae et diffinitioni stet
appellatione aliqua non obstante, elapsis vero xxx diebus si
s. d.s Judex non pronunciaverit rata maneat sententia. Si d.
Judex d.m causam diffinierit infra d.m tempus requisitus quod debeat
et teneat resarcire appellanti omnia damna et interesse,
de quibus stet iuram.to ipsius qui appellaverit, et tempore
syndicatus d. Cap.neus teneat et syndicetur. Et in unoquoque casuum
predictorum teneant arbitri et arbitratores ipsas causas diffinire
infra xxx dies, et nihil.s Potestas, Capitaneus, et quilibet alius
+ Quomodo cogat arbitrum vide stat. sub rubr. p.i sec. n.o 2 — Judex, qui de hoc fuerint requisiti teneant, et debeant co-
gere d.os arbitros, seu arbitratores diffinire causam sibi vel eis commissam
infra d.os xxx dies à die receptionis ipsius arbitrij. Et nihil.s
per Judicem Potestatis possit petere in xx lib. denariorum quilibet
n.o 8 — ipsorum debeat condemnari nisi de partium voluntate fuerit ter.s
n.o 9 — prorogatus, vel si ipsae partes steterit, quominus infra d.m
terminum potuerit terminare. Insuper etiam dicimus

43v

quod Judex D.ni Potestatis, vel Cap.i et eorum quilibet coram quo pete=
ret, ad petitionem cuiuscumque petentis teneant et debeat quandocumque
arbitri essent in discordia ipsorum arbitrorum et partes coram se facere
n.o 11 evocari, et eis vocatis si invenerit ipsos in discordia n.o 10 termi=
nandi causas compromissas in eos, quod cogat partes ad eligendum
tertium, et in ipsum 3.m qui sit neutri parti suspectus ponat, et
committat ipsas causas terminandas una cum d. arbitris,
vel altero ipsorum, et perinde habeat ac si per ipsas partes fu=
isset in eum a principio compromissum, et si aliqua partium re=
cusaret seu nollet eligere tertium, quod Judex coram quo
peteret, ipsum 3.m neutri parti suspectum eligat per se ipsum,
et si aliqua partium esset contumax, seu nollet comparere ad
eligendum d.m 3.m quod factis de eo duabus legitimis citationibus
ex parte d. Judicis ex ipso ex officio possit et debeat eligere, et
ponere d.m 3.m qui tertius causas ipsas sibi commissam cognoscere
teneat bona fide una cum d. arbitris, vel altero eorum, et ipsam
finire et terminare infra tempus statutum, nisi tempus ipsum proro=
garet de partium voluntate, et eiusdem tertij una cum d. arbi=
tris vel alterius eorum laudo et sententiae stetur, ac si plenum,
et datum esset per arbitros ambos ipsorum et si contigerit quod
Arbitri in quibus compromissum esset, et 3.us p.d. cum quolibet
esset coactus in Palatio Communis Fulg.i ad petitionem alicuius
partis compromittentis quod inde non possit recedere modo aliquo
nisi primo tulerint eorum arbitrium, et si recederent inde puniatur
quilibet ipsorum arbitrorum in quinquaginta libris denariorum,

et quod nec

Et quod nec Potestas nec Cap.neus nec aliquis alius officialis Com.
fulg. teneat possit eis vel alteri ipsorum dare licentiam recedendi
de locis in quo essent detenti ad poenam periurii sacram.ti et
c.m lib. denariorum de suo salario. Et si contigerit eo casu,
eos personaliter detinentur in Palatio arbitri praed. vel ferat
arbitrium, quod spiraret compromissum tempore xxx dierum, vel post
ipsos xxx dies sententiaret, vel ferret ipsum laudum, vel
arbitramentum per ipsos arbitros ad quos ferenda cognantur
et post ipsos 30 dies solus, cum essent vacati infra tempus compromissi,
quod nihil. ipsum laudum, sententia, m.tum et arbitrium quod et
quae ferent per ipsos omnes tres, vel maiorem partem ipsorum
non vitiet ex hoc, sed potius valeant et teneant, ac si
lata et data essent infra xxx dies computandos a die acceptationis facti compromissi. Et hoc locum habeat in compromiss. n.o ii
n.o ii
lis in posterum fiendis.

Ad materiam huius statuti nota quod nulla cautela verborum reperitur quae in compromissis apponi possit, quominus reductio peti possit Dec. cons. ii n.o 6.

n.o i De iure tantum videt statutum hoc innuere quod quaestio iuris possit compromitti cuius contrarium est voluisse Bal. in l. Aveilles in 3 not. C. de fur. et in l. eos per poenas in prin. C. de reb. cred. Pro solut. vide Bal. in dictis locis qui bene solvit Vide latius Blanc. in tract. de compromiss. nu.e q. 4 in prin. et Soc. Jun. cons. 24 n.o 6 lib. p.o

44v

n.° 2 De Jure et de facto § Quid importent hec verba in compromisso apposita vide Capol. in cons. 30. orta n.° 12 in Civilibus. De hac eadem clausula vide Marta in tract. de Clausulis par. p.a clau. 193.

n.° 3 Alte et basse § Quid operent talia verba in compromisso apposita Vide Capol. in cons. 29 col. 4 in Civilib. Corn. cons. 9 col. ij. Ver. et pt. attencari lib. 1. Cravet. cons. 105 col. 2 Bal. cons. 101 lib. 3. Et de hac clausula vide Marta in suo tract. de Clausulis lib. 1 [illegible] claus. 8

n.° 4 Stari d.° laudo § An laudum debeat fieri in scriptis. Vi quod sic ut 4 gl. in verb. [illegible]: ubi Bar. col. fi. n.° 6 et Paul. de Cast. col. 2 n.° 4 in l. fi. C. de Arbitr. Quod non est [illegible] in laudo arbitrarij quod de eius substantia non est requireri [illegible] scripturam [illegible] post alios ut [illegible] quid [illegible] transegisse [illegible] 2.° not. C. de transact. Et quid si in compromisso apponatur clausula quod possit [illegible] in scriptis et sine scriptis vide Cornium Cons. in [illegible] si quid [illegible]

sive libelli petitionem. Et si quis suis expensis
haberet, et fieri faceret aliquod edificium, seu
murum communem cum suo convicino cuiuscumque
conditionis sit, teneatur, et debeat omni exceptio-
ne remota satisfacere medietatem omnium, et
singularum expensarum factarum ipsi construenti
seu construi facientem murum, vel edificium
hoc non obstante si in ipso sit aliqd appodiatum
vel immissum per se, vel per alium, sed inspiciatur, quod
murus, vel edificium sit factum expensis unius
partis, quod facto potestas et Cap. sive Rector, et
ipsorum iudices, et quilibet ipsorum teneantur, et debeant
condemnari si contrafecerint sub pena XXV
lib. den. infra 8. dies postquam alter ipsorum querelam
receperit sine strepitu, et figura iudicii constring-
ere principatum illum, vel illos in quorum Catalecto
vel solo edificatum, vel

72r

tis Communitati, & hominibus de [illegible] & indulgemus. Sicq; & non aliter per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios, etiam San-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diſfiniri debere decernimus. Diſtrictius inhibentes Legatis Vicelegatis, nec non Gubernatoribus, Auditoribus, miniſtris, & officialibus prædictis, ac alijs quibuſcunq; Iudicibus, & perſonis quocũq; nomine cenſeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate ſub duorum millium ducatorum auri de Camera Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pænis ne contra præſentium tenorem aliquid facere, vel dicere, aut attentare preſumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Vicarijs venerabilium fratrum Spoletanum, & Camerin. Epiſcopum in ſpiritualibus generalibus per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quecunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte dictorum Communitatis, & hominum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant ipſos Communitatem, & homines preſentibus literis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eoſdem Communitatem, & homines contra præmiſſa quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, ac inobedientes, & rebelles quacunq; auctoritate, & dignitate præfulgentes per prædictas, & quaſcunq; alias de quibus eis videbitur pœnas pecuniarias eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, pœnas huiuſmodi etiam iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio bracchij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ciuitatis Peruſin. & Prouinciæ prædictarum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; & indultis, facultatibus, & litteris Apoſtolicis, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Auditoribus, Officialibus, & Miniſtris, aliſq; Iudicibus, & perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; & alijs decretis etiam motu proprio, ac alias quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis ac concedendis approbandis, & inuouandis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expræſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expræſſio, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda ſit, & in eis caueatur expræſſe quod illis nullatenus derogari poſſit illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro expræſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expræſſe derogamus contrarijs quibuſcunq; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expræſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod ſi in Ciuitatę Comitatu, & diſtrictu prædictis aliqua atrociora delicta ſeu capitalia in quibus pœna vltimi ſupplicij de iure communi imponenda veniret, committerentur, pro tempore exiſtens Legatus, ſeu Vicelegatus, aut Gubernator cauſas huiuſmodi delictorum ad ſe aduocare, & per ſe vel alium cognoſcere poſſit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. Maii. 1566. Pont. noſtri Anno primo.

Cæ. Glorierius.

Peruſiæ, Apud Petrumiacobum Petrutium.



PIVS PAPA V.

AD futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Communitas, & homines Ciuitatis noſtrę Fulgineſ, quod alias foel. recor. Paulus Papa iij. Prædeceſſor noſter ex certis cauſis animum ſuum mouentibus ſtatuta antiqua ipſius Ciuitatis cauſarum ciuilium, & criminalium cognitionem concernentia confirmando. Quod omnes, & ſingulę ciuiles, & criminales cauſæ In prima, & ſecunda inſtantijs in ipſa Ciuitate cognoſcerentur, Ita tamen quod pro tempore exiſtens in noſtris tunc ſuis Ciuitate Peruſin. & Prouincię Vmbriæ Legatus, ſeu Vicelegatus ciuiles ſummam, ſeu valorem trecentorum ducatorum auri excedentes, ac criminales in quibus vltimi ſupplicij, ſeu alia corporis pœna de iure communi imponenda veniret, vel alias cum publicum ſcandalum oriri formidaretur cauſas ad partis inſtantiam, ſeu ex officio, vel alias quomodocunq; iuxta eius facultates etiam præuentus, audire, cognoſcere, & terminare minime impediretur per quaſdam ſuas in forma breuis literas, voluit ſtatuit, & ordinauit prout in illis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat ipſius Ciuitatis, & illius comitatus, & deſtrictus homines pro ipſis criminalibus cauſis ſub prætextu quod in eis corporalis pœna veniat imponenda extra eandem Ciuitatem in non modicum, ſed maximum eiuſdem Ciuitatis eiuſq; Comitatus, & diſtrictus præiudicium, ac ipſorum hominum diſpendium, & iacturam trahantur, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt eorum commoditati conſulere, & expenſas quæ in litium extra eandem Ciuitatem pro tempore vertentium, proſecutione per ipſos homines, cum eorum maxime incommodo fiunt, tollere aliaſq; eis in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos ipſarum litterarum tenores etiam veriores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Quod omnes, & ſingulæ cauſæ criminales quorumcunq; grauiorum delictorum, & ciuiles, quæ ſummam, ſeu valorem trecentorum ducatorum auri non excedant in prima, & ſecunda Inſtantijs in dicta Ciuitate Peruſin. & Prouincia Vmbriæ Gubernator, eiuſq; Auditores miniſtri, & officiales, ac pro tempore exiſtentes Legati, Vicelagati, Gubernatores, eorumq; Auditores, ac miniſtri, & officiales, audire cognoſcere, terminare, aut in eis ſe intromittere nullatenus poſſint, & citati pro tempore coram eis contra tenorem præſentium comparere minime teneantur, & ob non comparationem huiuſmodi aliquas Eccleſiaſticas, aut temporales, ſeu pecuniarias pœnas non incurrant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac ipſis Communitati, & hominibus [illegible] Sicq; & non aliter per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios, etiam ſan-



PIVS PAPA V.

AD futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Communitas, & homines Ciuitatis noſtrę Fulginei, quod alias foel. recor. Paulus Papa iij. Prædeceſſor noſter ex certis cauſis animum ſuum mouentibus ſtatuta antiqua ipſius Ciuitatis cauſarum ciuilium, & criminalium cognitionem concernentia confirmando. Quod omnes, & ſingulę ciuiles, & criminales cauſæ In prima, & ſecunda inſtantijs in ipſa Ciuitate cognoſcerentur, Ita tamen quod pro tempore exiſtens in noſtris tunc ſuis Ciuitate Peruſin. & Prouincię Vmbriæ Legatus, ſeu Vicelegatus ciuiles ſummam, ſeu valorem trecentorum ducatorum auri excedentes, ac criminales in quibus vltimi ſupplicii, ſeu alia corporis pœna de iure communi imponenda veniret, vel alias cum publicum ſcandalum oriri formidaretur cauſas ad partis inſtantiam, ſeu ex officio, vel alias quomodocunq; iuxta eius facultates etiam præuentus, audire, cognoſcere, & terminare minime impediretur per quaſdam ſuas in forma breuis literas, voluit ſtatuit, & ordinauit prout in illis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat ipſius Ciuitatis, & illius comitatus, & deſtrictus homines pro ipſis criminalibus cauſis ſub prætextu quod in eis corporalis pœna veniat imponenda extra eandem Ciuitatem in non modicum, ſed maximum eiuſdem Ciuitatis eiuſq; Comitatus, & diſtrictus præiudicium, ac ipſorum hominum diſpendium, & iacturam trahantur, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt eorum commoditati conſulere, & expenſas quæ in litium extra eandem Ciuitatem pro tempore vertentium, proſecutione per ipſos homines, cum eorum maxime incommodo fiunt, tollere aliaſq; eis in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos ipſarum litterarum tenores etiam veriores præſentibus pro plene, & ſufficienter expræſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Quod omnes, & ſingulæ cauſæ criminales quorumcunq; grauiorum delictorum, & ciuiles, quæ ſummam, ſeu valorem trecentorum ducatorum auri non excedant in prima, & ſecunda Inſtantijs in dicta Ciuitate Peruſin. & Prouincia Vmbriæ Gubernator, eiuſq; Auditores miniſtri, & officiales, ac pro tempore exiſtentes Legati, Vicelagati, Gubernatores, eorumq; Auditores, ac miniſtri, & officiales, audire cognoſcere, terminare, aut in eis ſe intromittere nullatenus poſſint, & citati pro tempore coram eis contra tenorem præſentium comparere minime teneantur, & ob non comparationem huiuſmodi aliquas Eccleſiaſticas, aut temporales, ſeu pecuniarias pœnas non incurrant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac ipſis Communitati, & hominibus de ſpeciali gratia concedimus, & indulgemus. Sicq; & non aliter per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere decernimus. Diſtrictius inhibentes Legatis Vicelegatis, nec non Gubernatoribus, Auditoribus, miniſtris, & officialibus prædictis, ac alijs quibuſcunq; Iudicibus, & perſonis quocũq; nomine cenſeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate ſub duorum millium ducatorum auri de Camera Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pænis ne contra præſentium tenorem aliquid facere, vel dicere, aut attentare pręſumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs curiæ cauſarum Camerę Apoſtolicæ generali Auditori, ac Vicarijs venerabilium fratrum Spoletanum, & Camerin. Epiſcopum in ſpiritualibus generalibus per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quecunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte dictorum Communitatis, & hominum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant ipſos Communitatem, & homines pręſentibus literis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eoſdem Communitatem, & homines contra præmiſſa quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoſlibet, ac inobedientes, & rebelles quacunq; auctoritate, & dignitate præfulgentes per prædictas, & quaſcunq; alias de quibus eis videbitur pœnas pecuniarias eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, pœnas huiuſmodi etiam iteratis vicibus agrauando inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio bracchij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ciuitatis Peruſin. & Prouinciæ prædictarum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; & indultis, facultatibus, & litteris Apoſtolicis, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Auditoribus, Officialibus, & Miniſtris, aliſq; Iudicibus, & perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; & alijs decretis etiam motu proprio, ac alias quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis ac concedendis approbandis, & inuouandis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expræſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expræſſio, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda ſit, & in eis caueatur expræſſe quod illis nullatenus derogari poſſit illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro expræſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expræſſe derogamus contrarijs quibuſcunq; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expræſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod ſi in Ciuitatę Comitatu, & diſtrictu prædictis aliqua atrociora delicta ſeu capitalia in quibus pœna vltimi ſupplicij de iure communi imponenda veniret, committerentur, pro tempore exiſtens Legatus, ſeu Vicelegatus, aut Gubernator cauſas huiuſmodi delictorum ad ſe aduocare, & per ſe vel alium cognoſcere poſſit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. Maii. 1566. Pont. noſtri Anno primo.

Cæ. Glorierius.

Peruſiæ, Apud Petrumiacobum Petrutium.

173v

In Constitutione de Conservatoribus edita à san. me: Greg. XV ex sententia Congregationis Concilij inter cætera statutum est, Ut coram Conservatoribus regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint; ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus regulares, et alij actores fuerint nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in ijs tantum, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc an per hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conservatores defendendi regulares, et alios à manifestis iniurijs, et violentijs, quæ illis de facto inferuntur, dum à suis possessionibus deiiciuntur, et proprijs bonis uti, ac frui impediuntur.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit minime sublatam fuisse facultatem quam habent Conservatores defendendi regulares à manifestis iniurijs, ac violentijs ad præscriptum Constitut: Innocentij Quarti, et Bonifacij VIII relatarum in c. i et fin: De off. deleg. in 6°.

C. Card. de Torres

Locus + sigilli

75r

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij tridentini interpretum censuit decretum c. 9. sess. 25 eiusdem Concilij vendicare sibi locum etiam in possessorio ita ut etsi Patroni sint in quasi possessione presentandi, presentatus tamen ab eis nequaquam institui debeat, nisi de iure patronatus constiterit ad ipsius Concilij praescriptum. Caeterum an in casu presenti ius patronatus fuerit legitime probatum necne ordinarij esse iudicium

75v

Ex Brevi Julij 2.° &

76

Nec non Prefecti et Consiliarij Hospitalis huiusmodi pro tempore existentibus, cum consensu et consilio Prioris Ecc.ae Fulginaten. ac Guardiani Fratrum Minorum de observantia S.ti Fra Bartholomei de Marano Fulginat. diocesis pro tempore existentium, quecumque Ornamenta dicti Hospitalis vendendi, et illa in usus necessarios, ac fabricas, et alios beneficiis et pietatis opera convertendi, et si illa viderint in evidentem dicti Hospitalis utilitatem cedere, etiam ut ad certum genera: tiones locandi licentiam et facultatem, nec non omnia et singula privilegia, immunitates, gratias concedimus, et indulgemus.

Abulentiũ Causa Cong.ni Sacrae propositae.

Ill.mi et R.mi DD. Decanus et Capitulum Cathedralis Abulensis

praetendunt vi cuiusdam Statuti non obstante

decreto sup.dicti posse ex d.a recreationis causa

abesse a servitio et residentia eorum Ecc.ae per qua-

tuor menses interim non solum praebendarum grossam,

verum et quotidianas distributiones, ac si divi-

nis interessent, lucrari, Verum R.mus D. Epus videns

ex huiusmodi praetensione cultus divini augmentum

laedi, casque esse contra dispositionem Concilij Tridentini,

recurrit ad Sacram Cong.nem supplicans dari declarari:

Utrum et an d.m decretum sess. 24 de reformat.

cap. 12 sustulerit quascumque consuetudines, et Sta-

tuta quae longius tempus trium mensium indulgeat,

secundum an in d.is tribus mensibus quibus potuit

recreationis causa abesse a residentia, lu-

crentur quascumque distributiones quotidianas

quocumque nomine nuncupentur, et ex quacumque

causa dentur, et distribuantur.

Responsio Sac.ae Cong.nis

R.mi DD. Sac. Cong.is Concilij Trid.ni interpretum

77v

libellum pro eo habuerit litteris, committi dimec, et quorumque Rota devenerit confirmationem statuti ecclesiae Abulensis validam, et legitimam esse secundum decretum Concilii praedicti Sess. 24 de reformatione cap. 12 de absentia tribus mensibus non obstante quacumque contraria consuetudine et immemorabili. Interea vero absentes non lucrari distributiones quotidianas, quod ad Amplitudinem tuam praescripti, ut cum illi nota fuerit Congregationis sententia eam observandam curet. Romae die 3 Augusti 1586.

Ita est Ant. Card.lis Caraffa.

Consulta
Copia

Perus: Al mio Ill.e e m.o R.o Sig.r come fratello Il Vesc.o di Perugia

78r

Ill.e e m.o R.o Sig.r come fratello. Con questa mando copia dell'ordine che l'anno passato per modo di provisione fu dato à Mons.r Centenario antecessore sopra l'app.ne che prima pretesa cognitione del Tribunale Episcopale devolvano al rettore della Provincia, e mi occorre solo aggiungervi due cose. Una che conforme alla dispositione del Sac. Concilio di Trento nel Cap.o Cause omnes Sess: 24 ad admetta dette app.ne nisi à diffinitiva, vel vim diffinitivae habente et cuius gravamen per Appellationem à diffinitiva reparari nequeat. l'altra che nel decernere le inhibitioni servi quanto dispone il med.mo Concilio Sess: 22 De reformat. cap. 7 Così dunque potrà V.S. governarsi nell'avvenire dando copia d'ogni cosa a Mons.r Vesc.o per sua sodisfattione, e me le offero con tutto l'animo. Di Roma li 29 luglio 1595 —

A. V.

Come fratello
Il Card.l Aldobrandino.

Duplicato.

Molto Ill.e et m.o R.o Sig.r come fratello. Presupposta la consuetudine da V.S. allegata che le app.ni del Tribunale di Mons.r Vesc.o possono devolvere à Lei, la q.le per se stessa le conosca, ò per speciale commissione le commetta Non rispondero altro per hora se non che

78v

Ella attenda à continuare secondo il solito, avvertendo però che questa consuetudine può havere molte distintioni, la p.a et principale è fra le cause spirituali, e temporali. l'altra quando si tratta fra laico, e laico, et fra Chierico, e laico, et fra Clerici, e Clerici conviene che ella habbia l'occhio di non eccedere li termini della consuetudine istessa. Poiche la Constit.ne lib. 6 cap. 5 di questo non parla chiaro, et in ogni caso ricordisi nel commettere di servare la dispositione del Cap.lo Statutum de rescrip. in 6.o Et me le offero con tutto l'animo. Di Roma li 20 ottobre 1594.

S.r. [illegible]

Come fratello
Il Card.le Aldobrandino

Offical

79

A very Ill.re, emp.te R.do S.r Come fr.llo, il Gov.re di Foligno

inteso ß Ill.re, emp.te R.do S.r Come fr.llo: è stato resoluto in Cong.ne de' Sgravij, che l'accuse de i dandi dati non possino darsi, ò revivarsi al banco del danno dato doppo l'anno, che si pretende dato il dando, e che non possano pretendersi le pene, e molto meno la refattione del dando se non sei mesi doppo, in modo che passati i diciotto mesi sia prohibita ogni attione d'inquietare chi si sia per questo fatto, e così V. S. procurarà che segua, e me le offero di Roma 18 luglio 1609.

di V. S. Come fr.llo

il Card.le Borghese

[illegible]
11 Agosto 1669
S. C.

Item ordinamo che l'officiale presente, et quelli che per li tempi saranno habbiano arbitrio et podestà delli pegni tolti à quelli che havessero dato dāno personalmente tanto, et alle possessioni altrui per la pena del comune et per la emenda del padrone retenerli per tempo di due dì, dal dì che haverà fatto la exequtione, et da due dì in poi; non essendo riscossi per li malefattori et dāni danti personalmente, li possa bendere, et debbia alla pena di lib. dieci di den. del suo proprio salario impegnarli alli quideri li pegni di ciascuno unà col dep.rio del comune p la pena del comune, et per la emenda del padrone, la q.le pena et emenda debbia fare venire alle mano del dep.rio sopradetto, et esso dep.rio ne debbia tenere conto unà coll'officiale pred.o delli dāni dati —

80v

Dell'arbitrio di chi ricevesse alc.o danno R.ca 31 —

Item ordinamo che all'officiale delli danni dati, et à cias=
cuno patrone della p.nte ara, ò lavoratore trova=
rà alc.a persona dare danno personalm.te, ò cō
bestie nella sua p.nte presa et tali lecito tor=
gli panni, arme, ò di menare bestie, che
dessero danno, ò che l'havessero dato nella sua
p.nte, et quella assegnare al d.o officiale de
danni dati in term.ne di due dì, et esso offitiale ad
le presa rendere salvo prima nō habbiano pa=
gato la pena al comuno, et la emenda al pa=
trone dechiarata per li d.i statuti che di tal
danno parlano —

81

Che se possano fare gratie delli danni dati R.ca 34

It. ordinamo che in tutti li danni che se commettessero,
ò facessero per alc.a persona della Città, contado, ò di=
stretto di Folig.o non si possa fare alc.a gra per li
Sig.ri Priori ne per li officiali delli dani dati, ne per
chi appartenesse, saluo che per lo consiglio maggiore
con questa conditione che del d.o consiglio si debba
vincere per li doi terzi del sì ——

82 r

[illegible]

[illegible] certificatus [illegible] adiecerit
[illegible] Amplitudini [illegible] presentium
[illegible] Card. [illegible]
[illegible] Congregationis
[illegible] canonicis, ut [illegible]
[illegible] publice [illegible]
[illegible] ad [illegible]
contentus [illegible]
[illegible] et [illegible] ipsis [illegible]
Romae xiii Martij 1505 [illegible]
[illegible]

[illegible] Card.lis [illegible] ut Can.ci [illegible]
[illegible] distributionum [illegible]
interesse possint aliis Can.cis [illegible]
[illegible]
[illegible] per ipsos [illegible]
[illegible] interessent. Ceterum [illegible]
[illegible] facultate [illegible]
[illegible]

R.mi Ordinarij Sir Epo Fulgin.

R.me D.ne uti frater. Libello his adiuncto uidebit Amplitudo tua quid quaesitum fuit a Sac. Cong.ne Card. Conc. Tridentini ex auctoritate S.mi D.ni N.ri interprete. Congregatio censuit permittendum esse eius Eccl.ae canonicis, ut in eius Eccl.a seruitio se inuicem possint substituere dummodo qui substituerit eo die ad seruiendum non teneatur, quod Amplitudini tuae scribendum duximus, ut sciat quid Canonicis ipsis liceat et Romae xiii Martij 1585

Uti frater A. Card.lis Carrafa —

Sac. Cong.o Card.lium Conc. Tridentini interpretum a...
respondit Eam permittere debere, ut Can.ci in sua hebdomada ad tutti seruitio liberis substituere possint alios Can.cos in ipsa hebdomada adstricti non sint, fructus quotidianos distributiones quotidianas per ipsos lucrari perinde ac si diuinis personaliter interessent. Caeterum cauendum ne Canonici hac facultate substituendi abutantur. —

85nf

86v

Decretum Sac. Cong.nis Concilij Trid.ni De Tertiarijs

872

Sac.a Cong.o Cardinalium Concilij Trid.ni interpretum consulta respondit. Fratres tertiarios Mantellatos, cingulatos aliosque similes etiam demum ordinis cuius tertiae regulae habitum assumpserunt privilegijs potiri, et ab ordinarij Iurisdictione exceptos esse, si vivi collegialiter vivant, seu in claustralibus habitent, et mulieres virginalem, seu caelibem, castam, vidualem, expresso voto, et sub dicto habitu vitam traduxerint. Quemadmodum cavet Constitutione Concilij Lateranen. sub Leone X. quae habet sess. XI in fin.: Hoc autem velit mulierum ab ordinarijs licet paupertatis, et obedientiae nequaquam includi; quinimo huiusmodi mulieres si vitam virginalem, seu caelibem simpliciter, expressisque voverint, etiam in cunbem sanguineorum, et affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes supradictis privilegijs ordinis, cuius tertiae regulae habitum deferunt, exemptione ab ord.rii Iurisdictione frui debere, prout eodem SS. Leo postea declaravit Const.ne edita die p.a Martij anno 1516. Quod si fratres aut eorum tertij ordinis quid amplius praetendant ex vi ne consuetudinis posse ius suum experiri in Iudicio ordinario. Item Card.lis Paphi[?] lius Romae anno 1600.

Impressum in compendio Bullarij fol. 99. ubi [illegible] vide d. reia Riccius decis. cor. per a.o —

Prosper Fagnanus Sac. Cong.nis Conc. Sec.rius

87v

88 r

Statutis Ripelli lib. 4 cap. LXXX Vers.^o

[Statutis]

Quilibet uir Maritus alicuius mulieris succedat

pro 3.^a parte dotis in bonis ux.s uxoris, si decesserit ab intestato existente ibi d.^to suo viro marito sine filiis natis de eis.

Lib.^o 2.º Statutis fol. 68.

De sponsalitiis et matrimoniis cap. LIII.

Item statuimus quod si quis contraxerit matrimonium uel sponsalia cum aliqua muliere patrem habente, uel auum uel aliquem ascendentem, sine pmissione patris, aui, uel alterius

88v

Copia Statuti Veteris Terrae Muraniae

Sub rub. 90 Mulier dotata à Patre, Matre, ~~vel~~ Fratre, vel aliis Consanguineis suis dotibus sit contenta.

Si aliqua mulier dotata fuerit a Patre, Matre, Fratre, vel aliis suis Consanguineis, suis dotibus sit contenta, et plus de bonis paternis, maternis, fratris, vel fratrum, vel aliorum Consanguineorum suorum petere non possit, si ex eo filii masculi, vel fratres, vel Nepotes carnales remanserint, salvis relictis in testamentis factis, quae libere possint peti: et si aliquis contrafecerit, vel venerit aliquo modo contra, pro qualibet vice, in 25 lib. denariorum condemnetur, et omnia, et singula supradicta locum habeant in praeteritis et futuris; et talis Mulier, filii, vel Nepotes ipsius teneantur, et debeant infra octo dies postquam eis fuerit protestatum, quietationem facere praedictorum filio vel filiis masculis, fratri, vel fratribus carnalibus, vel Nepoti, vel Nepotibus masculis remanentibus ex parte Matris vel Patris, de omni eo, quod a filiis, vel a fratribus masculis, vel Nepotibus masculis petere, vel exigere posset in bonis, quae ~~...~~ quondam fuerint Patris, vel Matris ipsius mulieris, vel fratris, vel fratrum eiusdem ea ratione successionis ab intestato, quod et alio modo, iure, vel Causa: et si non fecerint vel facere recusaverint in 25. lib. denariorum pro Communi Muraniae condemnetur, et nihilominus praesens Capitulum in quacumque parte sui firmum debeat remanere, et executioni mandetur, salvis relictis in testamentis factis, quae libere peti possint, et Potestas, et Consules teneantur praedictis intendant, et provideant diligenter ad petitionem filii, vel filiorum masculorum, et fratris seu fratrum, et Nepotis, seu Nepotum, quandocumque fuerit requisiti ad poenam 25. lib. denariorum pro quolibet in suo officio cogere ipsam mulierem ad huiusmodi faciendum summarie, et de plano, sine strepitu et figura iudicii et omni solemnitate omissa, et si Potestas fuerit negligens, vel remissus in praedictis, in centum libras denariorum, et quilibet Consul in 25. lib. denariorum pro Communi Muraniae condemnetur.

Ad intelligentiam huius Statuti. Vide Thess. dec. 101 et ... lib. 1

89v

Quod mulier dotata vel dotanda
non possit venire ad hereditatem.
Lib. 2. cap. 21. Statut. civitatis Assisij

Ad conservationem iurium cuiuslibet de civitate, vel comitatu Assi[sij]
hereditates et successiones ad alios, qui non essent de domo ex linea [mascu]
lina perveniat: statuimus et ordinamus quod siqua mulier dotata [...]
à patre, vel à matre, fratre, vel fratribus, Avo, vel Avia, vel à q[...]
possit, nec debeat ipsa, nec eius filij ex ea descendentes venire [ve]
nire ad hereditatem, vel ad successionem alicuius predictorum dotan[tium]
dotantium, nec aliquid petere, vel habere de bonis, et in bonis [cuius]
libet predictorum quocumque modo, quoniam ex predictis, vel aliquo [...]
fuerit, vel remanserit filius, nepos, vel pronepos, vel heres [...]
ex legitimo matrimonio natus, descendens ex eo, vel eo venien[te] [...]
essione predicta non tali muliere dotata, vel dotanda. sed ipsa [mu]
lier sit dotata, vel dotanda, esse debeat pro dote [...]
declarantes quod etiam mulier dotata, sive dotanda non possit [...]
dere patri, vel fratribus, decedenti, vel decedentibus donec [...]
quousque supervixerit frater, vel fratres, nepotes, vel pronepotes
linea masculina descendentes. et ipsa, nec aliquis ex ea [...]
[...], vel succedere in bonis alicuius predictorum non possit aliquis
tere, vel habere testamentis, vel ultimis voluntatibus, dona[...]
vel successionibus et alienationibus in talem mulierem non fact[...]
ex ea venientibus, et descendentibus factis et faciendis debeat
nil q;

91r

Statuta terre Stigelli

Quod mulier dotata non possit succedere cap. 71

Item Statuimus quod nulla mulier dotata a patre vel matre, avo, vel proavo, avia, seu proavia, fratre carnali, vel sorore carnali, seu a quocumque dotata esset, non possit nec debeat venire ad successionem illius, qui eam dotaverit, vel illorum ab intestato, nec aliqua religiosa possit ab intestato venire ad successionem patris, matris, fratris carnalis, seu sororis carnalis, seu patrui, vel alicuius consanguinei, vel affinis ascendentis, vel descendentis, [illegible] superstite aliquo masculo de linea vel stirpe ex legitimo matrimonio procreatis, et si qua peterent [illegible] petitis, [illegible] non debeant aliqualiter audiri. Quod vindicet sibi locum in preteritis, presentibus, et futuris.

Pour copia [illegible] Item ut infra deveratis dominus Francisus dominus Antonius unus de [illegible] consiliariorum [illegible] presentata bona [illegible]

statuti terre Stigelli, continebat quod quecumque persona terre Stigelli, seu eius fortie, et districtus cuiuscumque status qualitatis, et conditionis erit, seu religiosus, vel religiosa quos in futurum decedent ab intestato sine filiis legitimis, ~~et naturalibus~~ de se natis, quod omnia

91v

eius bona mobilia, et immobilia, presentia et futura
deveniat, et devenire debeant ad proximiores
masculos ipsius decedentis, sibi superstites, et in domi-
bus, patris illius decedentis natos, seu ex linea
masculina à patris nati essent, et ante proxi-
miores masculi in supradictis modis et conditionibus
dicto decedenti non superstiterint, illa bona redeant,
et redire debeant ad proximiores mulieres de-
cedentis, et hoc locum habeat in primo 2° 3° et 4° gradu
parentele, seu consanguinitatibus ad predicta quibus-
cumque legibus, statutis, et aliis reformationibus
modo aliquo [illegible] et facientibus in predictis
omnibus nullius roboris sint, nec aliqua liceat predictorum
esse admittenda, sed perpetuo firma perduret, et
roboris teneat firmitatem, et quod presens reformatio
confirmetur, et confirmari debeat per Magistros dominos nostros
et poni in volumine statutorum dicte terre, et super
qua quidem reformatione
Maturus et prudens vir Carolus Leoninus petrus
unus ex dicto consilio petens pulpitum arrengandi
Filii hominis invocato auxilio animadvertens
per reformationem illam editam et emanatam super
successione decedentium quovis modo ab intestato non
superstitibus

N 2

superstitibus filiis ex suo corpore natis confirmatam
et approbatam per Ill.mum D. Archiducem Balearum et
penitus ad finem sublatam et conservatam ne facultates
et bona, quibus familias et Cippos domus quotidie
conservari videmus, et ob id remp.cam salubriter com-
pletibus exuberari ex familia agnatus, et Cippo domus
ipsius decedentis quandiu ante forsan contra ipsius decedentis
tacitam voluntatem, ac stante similiter d.a reformatione
reperiat multoties casus occurrere, bona et facultates
decedentis sine filiis ab intestato per matrem matris ipsius
decedentis, pariter et ascendentium, et descendentium ab
ipsa matre, per transitum ad 2.a vota in alienas familias
et cognationes exportari. Voluit et censuit reforma-
tionem illam in duabus partibus eius, videlicet incipi-
endo ab illa parte quod omnia bona mobilia et stabilia
usque in finem debere restringi et limitari hoc modo videlicet
quod bona decedentis deveniat pleno iure nulla detracta
trebellianica ad proximiores masculos ipsius decedentis videlicet
masculos ortum habentes a familia, domo, sive Cippo d.i
decedentis, sin autem illa bona deveniant, et devenire de-
beant pleno iure nulla facta detractione trebellianicae,
sive legitimae ad proximiores agnatos feminas d.i decedentis,
videlicet ad mulieres natas in familia, domo, sive Cippo d.i de-
cedentis, exclusis matre et aliis ascendentibus, et descendentibus
ab ea per transitum ad 2.a vota —

De intellectu praedicti statuti late Mondel.:
cons. 4 vol. 1 p. Stabil.

Statutu Arenij

Rub.a De bonis non alienandis p mulieres sine cons. &c. certis solemnitatibus observatis

Statuimus et ordinamus quod nulla Mulier sive eius procr. valeat nec possit alicui personae vendere, vel permutare, donare, vel aliquo modo alienare aliqua eius bona immobilia sine consensu et voluntate duorum proximiorum suorum consanguineorum à latere paterno, et si caruerit predictis duobus proximioribus à latere materno cum presentia, auctoritate, et decreto Judicis terrae Arenij interposito et si aliter fierit non valeat ipso iure.

93v

Quod mulier dotata vel dotanda non possit venire ad hered.
ex Rub. 21. L. 6.

Ad Conservationem Curiarum [illegible] de Civit.e vel Com.u Aliis
ne hered. et successiones ad alios qui ad essent de domo et
masculina pervenirent. Statuerunt, et ordinaverunt quod
sua mulier dotata, vel dotanda, a Patre, matre, fr.e, vel fratre
Avo, vel Avia, vel a quocumque, non possit, nec debeat ipsa, nec eius
filij ex ea descendentes recurrere, vel venire ad hereditatem
et successionem aliquas predictorum dotantium, vel non dotantium
nec aliquid petere vel habere de bonis, et super bonis [illegible] pred
ctorum quoquo modo quousque ex predictis, vel aliquo predicto
fuerit vel remanserit filius nepos, pronepos vel her
masculus ex legitimo matrimonio natus descendens ex eo m
ex veniens in successione pred., a tali muliere dotata
vel dotanda, sed ipsa mulier sic dotata, vel dotanda esse
debeat sua dote contenta. Declarantes quod et mulier dota
sive dotanda non possit succedere fr.i vel fr.ibus decedent, vel dec
dentibus donec, et quousque supravixerint fr.i, vel fr.es, ne
potes vel pronepotes ex linea masculina descendentes
ab ipsis, nec aliquis ex ea provenient, vel succedens in bo
aliquas predictorum, non possit aliquid petere, vel habere [illegible]
testamentis vel ultimis voluntatibus [illegible] vel [illegible]
[illegible] et alienationibus in talem mulierem pro ea vel ea
[illegible] Pactis, et [illegible] [illegible] [illegible]

94v

95v

Decretum super nominatione Bannitorum

Urbanus Papa octavus ad futuram rei memoriam. Licet nominationes quae interficientibus Bannitum, seu illum vivum potestati Curiae tradentibus conceduntur, ad optimum finem extirpationis eorundem Bannitorum introductae fuerint, easque manutenere maxime expediat. Quoniam tamen sicut accepimus, multis facinorosis hominibus iisdem nominationibus abutentibus factum est ut illae contra nostram intentionem sortiantur effectum, easdem nominationes modo, et forma infrascriptis restringendas censuimus. Motu itaque proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine praesentium serie statuimus, et ordinamus quod de caetero nemo absolvi possit per viam nominationis huiusmodi ante lapsum unius anni post commissum ab eo delictum computandum; et qui semel nominationis huiusmodi beneficio gavisus fuerit, illo amplius gaudere non possit, nec ulterius absque habita pace ad nominationem huiusmodi admittatur. Praeterea nominari non possit ille, qui delictum commisit postquam nominans ius nominandi acquisiverit, sed omnino praecedat delictum, et bannum nominandi facultatem, sive ius acquisitum nominandi. Decernentes sic et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, et causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales et de latere legatos sublata

100v

eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpre-
tandi facultate, et auctoritate, iudicari et definiri de-
bere, ac irritum et inane si quid secus super his
a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignora-
nter contigerit attentari. In contrarium facien-
tibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae
apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris. die 10
maij 1635. Pontificatus nostri anno XII.

M. Ant. Maraldus

Urbanus Papa Octavus, ad futuram rei memoriam. Licet nominationes quae interficientibus Bannitos, seu illos vivos potestati Curiae tradentibus conceduntur, ad optimum finem extirpationis eorundem Bannitorum introductae, introducteque sint, easque manutenere maxime expediat. Quoniam tamen, sicut accepimus, malitia facinorosorum hominum iisdem nominationibus abutentium factum est, ut illae contrarium interdum sortiantur effectum, easdem nominationes modo, et forma infrascriptis restringendas censuimus. Motu itaque proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, Harum serie statuimus, et ordinamus, quod de caetero nemo absolvi possit per viam nominationis huiusmodi ante lapsum unius anni post commissum ab eo delictum computandi, et qui semel nominationis huiusmodi beneficio gavisus fuerit illo amplius gaudere non possit, nec ullus absque habita pace ad nominationes huiusmodi admittatur. Praeterea nominari non possit ille qui delictum committit post quam nominans ius nominandi acquisiverit, sed omnino praecedat delictum, et bannum nominandi facultatem, sive ius acquisitum nominandi. Decernentes sic et non aliter per quoscunque iudices ordinarios et delegatos, et Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales et de latere legatos, sublata

101v

lis, et eos cuiuslibet quavis aliter iudicandi et in:
terpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et
definiri debere, ac irritum et inane, si quid secus
super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus
non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud S.
Mariam Maiorem Sub annulo Piscatoris die 10 maij
1635 Pontificatus nostri anno 12.
M. Ant. Maraldus —

508